Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8293
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

tempore z loco optunus debent sacramentalit man
ducare et bibere vbi sciãs. Si esset preptum xpi man
ducare eius carnem, et bibe eius sanguinem sacramenta
tunc tantum illi saluarent qui manducauerit carnem eius
et biberent sanguinem eius sacramentalit, et non alij qd
e fulsum vt prius patuit. Et nullus doctorum exponit pre
ceptum xpi per tempus et loco oportunus, quia ea ratione
omne mandatum dei exponet. Et sic homo qui vellet
mandatum dei impleret. et quando nollet dimittet
pro tempore z loco, cum mandatum dei ad semper e
implendum. de diuersitate manducancium

Vbi tamen frater mi dilecte scire velis etiam qd man
ducatio est diuersa diuersorum. Nam quidam sunt qui no
manducantes manducant vt omnium contemplantium z probati
puerj innocentes bapti z alij qui decedunt in fide et
caritate ut maiores domini. Vnde sanctus aug.
de illis dicit. Crede et manducasti. Secundi sunt
qui manducantes non manducant ut in peccato
mortali sacramenta sumentes. De quibus sanctus paulus
j ad cor. xj cao sic dicit. Nam sumit indigne, reus erit
corporis z sanguinis dni. Tercij sunt manducantes ma
ducant ut fideles contriti et confessi penitentes de quibus
dicit xpus Joh vj cao. Caro mea vere est cibus, et
sanguis meus vere e potus qui manducat hunc panem
viuet in eternum. Quarti sunt qui no manducantes
non manducant. vt omnes desperati delectantes plus
in peccatis quam in gratia dei. Et qui semel in anno
no communicat et illi debent a fidelibus excludi, et illis sepul
tura ecclesiastica prohibetur nisi signa manifesta ondant.
Vt patet in canone. omnis vtriusque sexus de penitencia
et remissione. Et de illis dixit xpus Jo. vj cao Nisi
manducaueritis carnem filij hominis et biberitis eius sang
uinem non habebitis vitam in vobis. Spirituales z offerentes
sub vtraque specie sacramentali. s. panis et vini. Et lai
cales solum sub specie panis tantum
Tunc de epla
sancti pauli

Sed forte iterum diceres quod sanctus paulus scribit chorinthijs Cor. xj ca. hoc idem
etiam ut communicarent omnes spirituales et laicales sub
vtraque specie sacramentali dicit. Ego enim accepi a dno
qd et tradidi vobis. Vbi videtur qd sanctus paulus
non scribit aliter chorinthijs sicut ipse accepit a dno
ihu. Sed quia dns ihus non dedit corpus suum et
sanguinem sub vtraque specie. s. sacramentali. nisi xij
aplis vt prius patuit quos et prius consecrauit in
sacerdotes qui fuerunt figura omnium sacerdotum offe
rentium tunc, et non aliorum sacerdotum vel laicorum qui tunc